



**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.  
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.  
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos  
Cardinales &c. Libri VI**

**Baronius, Justus**

**Mogvntiae, 1605**

Epistola II. Beatiss[im]o Sanctiss[im]oq[ue] In Christo Patri & D[omi]no,  
Clementi VIII. Pontif. Max. Ivstvs Baronivs Veteracastrensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](#)

## EPISTOLA II.

B E A T I S S<sup>O</sup> SANCTI S<sup>O</sup>; IN  
Christo Patri & D<sup>o</sup>, CLEMENTI VIII.  
Pontif. Max.

*IVSTVS BARONIVS VETE-  
racastrensis.*

**A**VSVS sum aliqd, *Beatiss<sup>me</sup> PATER*, bo-  
na certe voluntate, nescio vtrum pari-  
S<sup>is</sup> T<sup>x</sup> approbatione. Sed ausus sum, au-  
dereque me iussit admirabilis illa tua tot-  
tantisque experimentis mihi cognita hu-  
manitas: quam si præsenti quoque causæ  
accommodaueris, nihil verebor, ne non  
consilium meum firmum ratumque habi-  
turus sis. Natus est mihi anno abhinc plus  
minus altero ex vrbe reduci, subito, quod  
aiunt, sub manu libellus, *Pseu<sup>d</sup>olubile o* Lu-  
theranorum in *Saxonia* oppositus, quem  
quia nun<sup>c</sup> typis suis reuocare, meoque sub-  
genuino nomine edere statuebat typogra-  
phus, ego quoque mihi, quod prius negle-  
xeram, de Patroni clypeo cogitandum esse  
ducebam: idque tanto magis, quanto plu-  
ra & venenatiora mihi nun<sup>c</sup> è tenebris e-  
uoluto hostium spicul<sup>i</sup> viderentur perti-  
mescenda. Cum verò huiusmodi *apopho-*  
*retæ* (muneris enim nescio quid & hono-  
ris

ris etiam habere creduntur) Mœcenatibus  
potissimum, id est præclarè meritis studio-  
rum nutritijs consecrari viderem : quos  
inter S<sup>as</sup>. T<sup>a</sup> ita mihi multis ab annis tam  
principe loco est, quām est omnium mor-  
talium loco summo constituta, subitò apud  
animum meum decreui, non esse huic lu-  
cubrationi alium à te quærendum patro-  
num. Causas exponet libellus ipse sat mul-  
tas: exponam & ego plures, si quis con-  
fertiorem ætiologiam desideret. Sed non  
necessè est ulteriore huic rei operam im-  
pendere. Vides ipse, hoc argumentum to-  
tum tuæ fuisse & esse personæ, cuius in Se-  
de ut oppugnanda omnes vires hæreticus,  
ita ego in eadem defendenda omnes inge-  
nij doctrinæque neruos consumo. Ille te  
*Antichristum* vult, ego Christi Vicarium;  
ille Pseudoprophetam, ego Apostolum: il-  
le tyrannum, ego patrem. Cui pugnæ ut  
plures etiam spectatores colligerem, hac  
ipso nominis tui illecebra efficere volui.  
Neminem enim tam depresso mentis fu-  
turum puto, quem non hæc tam excelsi A-  
gonothetæ mentio ad aliquam saltem ala-  
critatem excitatura, & si quidem despera-  
tus, ad maiorem insaniam redactura, si ve-  
tò sanabilis, gratia & voluptate maiori  
perfusura sit. Taceo quod omnis nostra  
opera, Ecclesiæ restaurandæ locata, opera

Bb. 4 tua

a *Lue. 5.5.* tua est, qui sub signis tuis militamus, <sup>a</sup> ad  
 iohann. 21.6. in *summum tuum retia excimus*, nutu tuo <sup>b</sup> fal-  
 b *Apoc. 1.4.* ces aptamus, nec tuo tamen sed Christi nu-  
 c. 15. 16. 17.  
 18. 19. tu, cuius in te & pastoratum colimus, &  
 veneramur potestatem. Tibi enim hic vi-  
 c. iohann. 16. ces suas resignauit, vt quia <sup>c</sup> ipse maioribus  
 7. bonis cumulandis abiturus erat, te vicari-  
 Eph. 4. 8. um haberemus sacerdotem, <sup>d</sup> cuius ex ore  
 Psal. 67. 19. legē requireremus, <sup>e</sup> cuius iudicio lites diri-  
 d Malach. meremus, cuius ductu ab omni fidei nau-  
 2. 7. fragio tuti immunesque persisteremus. Tu-  
 e Deut. 17. is igitur vt dixi legibus paremus, tua signa  
 8. 9. sequimur, tuoque auspicatissimo nomini  
 Matth. 18. omnem nostram operam, quo cunque in  
 17. genere nauatam rectissimè consecramus.  
 Ut si vel priuata illa tua in me merita negli-  
 f Hieron. E- gerem, causæ tamen affatim suppeteret,  
 p. 18 ad Marcell.  
 g Vincent. quamobrem hanc dedicandi rationem se-  
 Lirinens. qui debuerim. Sed absit vt negligam. Tu  
 en common. mihi <sup>f</sup> Ambrosius, qui tanto sumptu char-  
 tias, pecunias, Notarios & polygrapho illi  
 Origeni suppeditasse scribitur: tu Augustus  
 meus, quem sempiterno cum Poëta carmi-  
 ne canam.  
 eap. 23.  
 h Virgil. Ec-  
 cog. I. h O Melibæe, Deus nobis hæc otia fe-  
 cit!  
 Namque erit ille mihi semper Deus, il-  
 lius aram,  
 Sapere tener nostris ab ouilibus imbuet  
 agnus.

Ille

Ille meas errare boues, ut cernis, & i-  
psum  
Ludere, que vellem, calamo permisit  
agresti.

Accipe igitur per Deum Sanctum Ponti-  
fex hoc qualemque grati animi pignus:  
atque ita quæso accipe, vt te sementis tuæ  
manipulum ferre putas. Si vberiora desi-  
deras, sanè debere me fateor, at posse nego.  
vbi potero, metes & tu,<sup>i Pl. n. p. af.  
Natu. hist.</sup> *Dysque* interea  
non solum thure, sed & mola falsa litari cogi-  
tabis. Vale. Mogunt. Nonis Februarij.  
M.DCV.

---

EPISTOLA III.

ILL<sup>mo</sup> ET REV<sup>mo</sup> D. BERNHAR-  
dino Paulino S<sup>i</sup> D<sup>i</sup> N<sup>i</sup> CLEMENTIS  
VIII. Pontif. Max. Da-  
tario

JUSTVS BARONIVS VETERA-  
castrensis S.

EN tibi tandem, Ill<sup>me</sup> & Rev<sup>me</sup> Dne, pro  
tua illa insigni in me beneficentia &  
comitate dudum debitum destinatumque  
*avridapov*. Quale inquis? Litterarium  
tenue, rude ac minus perpolitum, quam  
Bb 5      vel